AUGUSTINUS
12. bis 13. Jh.
Seite 31r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26325
Copyright: Admont, Benediktinerstift

uocare iustos sicut peccatores. Numquid dictum est sicut nec aliquando dicetur. Quisquis quod
quod potest fieri loquatur. peo quod ipse loqui non potest. et magno commendant episcopis
patrimonia pupillorum. quanto magis gratia paruulorum. Pupillum tuere episcope ne
mortuus parentibus abextraneis oppimantur. clamet plus pro paruulo.
cui tunet ne a parentibus occidatur. clamet cum apostolo. Fidelis sermo
et omni acceptione dignus. quod ihesus uenit in mundum non alia obcausa
nisi peccatores saluos facere. Qui uenit ad rpm habet quod in eo sanet.
qui habet non causa quere medico offerat. Eligant parentes unum edu
obus. aut efficiant in paruulis suis sanari peccatum. aut eos me
dico offerre desinant. Hoc est nil aliud quam uelle medico offerre
sanum. Quid offers baptizandum. Lue. Infantem. Cui offers. Respondet. Si certe
certe quenit in mundum. Sta inquit. Quare uenit in mundum. Pecca
tores saluos facere. Ergo quem offers. habet quid in illo saluum fiat.
Si dixeris habet efficiendo deles. si dixeris non habet negando teneris.
Peccatores inquit saluos facere. quorum primus ego sum. Ante Paulum non erat
peccatores. Certe et ipse adam ante omnis. et plena peccatoribus
terra deleta diluuio. deinceps quamuis. Unde uerum est quod primus ego
sum. Primum se dixit non peccatorum ordine. sed peccati magnitudine. mag
nitudine peccati sui. unde se primum dixit peccatorum. quam dicuntur
uti aduocatos ubi gratia primi. Primum est iste nunquam plures annos habet ex
quo causas agit. sed qua ex quo cepit. ceteros superauit. Dicat quod apostolus alio
loco. unde primum sit peccatorum. Io. Ego inquit sum nouissimum apostolorum. quam
sum dignus uocari apostolus. quia persecutus sum ecclam dei. Nemo acrior inter
persecutores. quam nemo prior inter peccatores. Misericordiam inquit consecutus
sum. Et quare sit misericordiam consecutus. exponit causam. Vt in me ostenderet
inquit xpe illum omnem longanimitatem ad informationem eorum qui
credituri sunt illi in uitam eternam. Xpe inquit daturus uenia conuersis
ad se peccatoribus usque ad inimicos suos quos me primum elegit acriorem
inimicum. quem cum sanaret nemo inceteris desperet. Facium hoc me
dici. quando ad ea loca peruenunt. ut ignoti sint. qui curent primum
eligunt desperatos. ut in eis ostendant benuolentiam exercean. commendent
doctrinam. ut unusquisque in illo dicat primo suo. Vade ad illum medicum